



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Bonacinæ Vtrivsque Signatvræ Referendarii
Compendium Omnium Operum de Theologia Morali,
omnibusque conscientiæ nodis**

Bonacina, Martino

Coloniæ Agrippinæ

Infans.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41152

Infamia juris tollit ordinis executionem, & dignitatis exercitium & honorem, & repellit à beneficii & ordinis successione. Dispensat autem Papa, & in quibusdam Episcopis vid. Syl. l. c. n. 15. Fum. n. 4.

Infamis Jure Civili regulariter est etiam infamis Jure Canonico, Syl. l. c. num. 11.

Ob crimen læsæ majestatis infames fiunt, etiam filii & nepotes. Infamia ex delicto proprio, aut parentum, tollitur baptismo.

Non potest famæ restitutionem remittere is, per cuius infamiam Respub. læditur, si tamen remittat, liberatur infamator, ab obligatione justitiæ (*Non potest*) Sot. lib. 4. q. 6. artic. 3. P. N. l. c. num. 123. dicit prælatum famam remittere non peccare contra justitiam. In quibusdam casibus non valere remissionem tradit Navar. cap. 18. num. 46. D. Ant. p. tit. 2. c. 1. §. 3. Tol. l. 5. c. 68. Sot. l. c.

Infans.

Infans quis dicitur usque ad septimum annum inclusive. Vid. gl. c. 4. de temp. ord. lib. 6.

Infidelis.

Infidelibus etiam ex causa necessitatis, aut utilitatis vendere, aut dare ea, quæ ad cultum infidelitatis præcisè inserviunt, mortale est. Cajet 2. 2 q. 169. art. 2. Mol disputatio. 34. n. 34. & tradere eis libros sacros comburendos etiam timore mortis, mortale est, secundum D. August. ep. 164. c. 174.

Infirmus.

Non tenetur æger migrare in civitatem salubriorem, aut emere valdè pretiosum pharmacum, sufficit enim uti remediis communibus. Potest & medicinam recusare ob animæ utilitatem, ubi non est mortis periculum.

Potest & scœmina ob amorem pudicitiae, nolle medico pudenda ostendere, etiam cum ad sanitatem videtur necessarium. (*Emere valdè*) Lopez p. 1. c. 41. in fin. Potest. Lopez l. c.